



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 16. Judicia S. Ambrosii notatu digna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Sæculum IV.
A. C. 396.

pius Decretis Cæsareis, quibus auferri jubebantur; restitit. Privatus aliquis Rescriptum ab Imperatore obtinuerat, ut sibi depositum, a quadam vidua Ecclesiæ Ticinensi datum, posset attribuire; Clerici ultra non resistebant, Magistratus, & ministri, qui rem exequi iussi erant, dicebant, resisti non posse, Procurator Cæsareus rem urgebat; nihilominus Episcopus Ticinensis, S. Ambrosii consilio, aditum ad eum locum, ubi depositum servabatur, ita caute defendit, ut auferri non potuerit, sed missis tantum litteræ testimoniales datæ, ipsos, quod sui erat muneris, fecisse. Rediere tamen cum his litteris, & novo Imperatoris mandato; his nihil perterritus Episcopus, tradere, quod petebatur, recusavit. Historiam Heliodori prælegi iussit, severe adeo castigati, quod sacra Templi deposita distrahere voluisset. Ægerrime tandem Imperatori, ut desisteret, persuasit.

2. Mach. 3.
10.

§. XVI.

Judicia S. Ambrosii, notatu digna.

Ambr. ep. 83.
al. 49.

Episcopus, nomine Marcellus, sororem habebat viduam, & fratrem, cui nomen Letus. Marcellus prædium, cujus Dominus erat, sorori donavit cum onere, ut moriens testamento illud pauperibus, & Ecclesiæ, ubi Episcopatum tenebat, relinqueret. Letus donationem impu-

impugnavit; hinc inter eos lis magna in foro oritur. Postquam diu litigaverant, maximos sumptus impenderant, & utrinque talia dixerant, quæ bilem movere solent, Ambrosium judicem experiri optant, atque causam ad eum remitti a Præfecto Prætorii impetrant. S. Ambrosius summo jure judicare detrectavit, sed munus arbitri in se suscepit, ut litem finiret, & animos offensos conciliaret. Ergo persuasit, ut consentirent, fundum Leto in proprietatem dandum esse, cum onere, ut pensionem annuam sorori daret, quæ in certa mensura frumenti, vini, & olei constaret, post sororis obitum, nemo quidquam ultra a Leto nec nomine Episcopi Marcelli, nec nomine Ecclesiæ posset exigere. Ita vir sanctus effecit, ut omnes causam lucrarentur, & Letus quidem, quia fundi proprietatem acquirebat, soror autem, quia ei certi redditus asserebantur absque lite, absque sollicitudine, aut steriliū annorum metu, & Marcellus, quia utriusque tam fratris, quam sororis voluntati faciebat satis, & id ipsum, quod ipse suggererat, Ambrosius sequebatur consilium. Sola Ecclesia damnum pati videbatur; at S. Ambrosius affirmabat, satis lucri ad Ecclesiam redire, quod Charitas conservaretur, quod Episcopus suos virtutes amet, & hoc facto bonum exemplum omnibus præberet.

Vero-

Sæculum IV.
A. C. 396.

n. 2s

n. 3.

n. 9.

n. 10.

Sæculum IV. Veronæ habitabat Virgo, cui nomen

A. C. 396. Indicia; hanc Zeno, illius urbis Episco-

Ep 5. al. 46. pus, pluribus annis probatam Deo con-

Syagr. n. 1. secraverat. Antea Romæ in domo S.

n. 21. Ambrosii cum S. Marcellina morata, ma-

n. 16. gnæ omnibus virtutis opinionem crea-

verat; Veronam reversa cum sorore ha-

bitavit, viro, cui nomen Maximus, ma-

trimonio copulata, semper ita solitudi-

nis, & quietis amans, ut non nulli offen-

n. 19. sos se crederent, quod ad uxores eorum

non inviseret. Subito rumor invaluit,

Indiciam peperisse prolem, quæ deinde

fuiisset interempta. Sororis maritus Sya-

grium adiit, tunc Veronæ Episcopum, i-

psemet delatorem egit, tantumque apud

Episcopum institit, ut ille testes ad Eccle-

S. Ambrosius siam vocaret. Tres mulieres, quæ hunc

rumorem sparsisse dicebantur, non

comparuere, sed solum viri duo, qui se

ista ab illis foeminis audivisse referebant;

erant præterea causæ sufficientes isto-

rum virorum testimonia rejiciendi. Ni-

n. 2. hilominus huic testimonio innixus Sya-

grius, non auditis, quæ Indicia in suam

defensionem allatura esset, nec expecta-

to Confratrum suorum, Episcoporum,

consilio, decrevit, ut eam Matronæ in-

spicerent.

Ipsa querelam ad S. Ambrosium de-

tulit; iivitque Maximus Mediolanum, ut

executionem ejus, quod Syagrius judi-

cave-

caverat, urgeret. S. Ambrosius, ut se-
cundum jura procederet, volebat, ut ali-

Sæculum IV.
A. C. 396.

quis nominatim accusatorem se gereret;

n. 4.

attamen actoris nomen in se suscipere
Maximus semper recusavit, quamvis re

ipsa, quæcunque Actoris sunt, faceret.

n. 20.

Tres mulieres, Mercuria, Lea, & Theo-
dula, quæ in hac causa testes principales

esse ferebantur, quamvis Mediolanum
fuiſſent perductæ, disparuerant. Duos

viros, Renatum, & Leontium, qui ad il-
larum faminarum testimonium rem affir-

n. 19.

maverant, S. Ambrosius interrogavit, sed
& ipsi in factis, quæ referebant, non con-

veniebant. Tum S. Ambrosius Episco-
pos convocavit, ut in hac causa pronun-

n. 21. 22. 23.

tiarent. Nec Actor, nec testes, qui fi-
dem facere possent, contra Indiciam ad-
erant. Econtra pro ea stabant bona te-

stimonia nutricis suæ, mulieris liberæ, &
fide dignæ, sanctæ Marcellinæ, S. Ambro-

sii sororis, & Virginis Paternæ, apud
quam, durante causæ discussione, Medio-

lani semper manserat.

Episcopi igitur edixere, Indiciam nul-
lam culpam contra Professionis suæ sta-

n. 24.

tum admisisse. Leontium, & Renatum
tamdiu fore excommunicatos, donec pu-
blica poenitentia Ecclesiæ satisfecissent.

Maximum quoque, nisi malum emenda-
ret, ad Communionem recipi non posse.

S. Ambrosius hanc sententiam ad Sya-

Hist. Eccles. Tom. V.

E

grium

Sæculum IV. grium perscripsit, data epistola forti, &
 A. C. 396. severa, ejusque errorem reprehendit,
 D. ep. 5. quod Virginem inspicere jussisset sine acto-
 re, & testibus; tales inspectiones Virgi-
 n. 2. ni verecundæ poenam esse gravissimam,
 & aliunde ad detegendam veritatem me-
 c. 5. 6. & c. dium peritissimorum medicorum judi-
 cio valde incertum, idque recenti exem-
 plo confirmat. Cæterum S. Ambrosius
 erubescendum istud probationis genus
 penitus eliminatum velle videtur. Sya-
 grius excusationem obtendebat, quod
 n. 14. non nemo minatus fuisset, ab ejus com-
 munionem recedere; ideo vero S. Am-
 brosius eundem pusillitatis redarguit,
 n. 15. quod privatos legem Episcopis, & judi-
 candi formam præscribere pateretur.

§. XVII.

S. Ambrosii de Clericis suis cura.

I. Off. c. 18. Quanta cura S. Ambrosius eos elegerit,
 n. 72. quos Clericis suis adscriberet, ex il-
 lis exemplis, quæ ipse refert, dignosci-
 tur. Amicorum aliquis diu Ambrosium
 ambibat, ut locum inter Clericos obtine-
 ret; nunquam tamen moveri potuit, ut
 admitteret, propter solum gestum, val-
 de indecentem, qui sibi in isto homine
 displicebat. Alium, quem inter Cleri-
 cos relatum jam invenerat, ob commis-
 sam culpam ad tempus interdixit; dum
 eum restituit, præcepit Ambrosius, ne
 unquam